



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Fructus colloquij post prandium & cœnam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

per vsum tractumque temporis, temperantiam paulatim acquiri posse; se verò, ne ientandi assuetudine obstringeretur, cœpisse ab initio suscepti tyrocinij detrahere quotidie aliquid buccellatim de cibo consueto, ad ad-
 suefaciendam lentè appetentiam, differen-
 damque in prandij tempus; atque hac viâ didi-
 cisse abstinere. Illud assequi cogitando non
 poterat, quî fieret, Religiosum, ab omnibus
 vtiq; peccandi illecebris longissimè remo-
 tum, tot tantisque benè agendi præsijs se-
 ptum, in grauem aliquam noxam incidere
 posse. Somnolentiam, quâ vexabatur subin-
 de, cum inter audiendum publicas domesti-
 casve concionantium adhortationes som-
 num non teneret, commordendis ad fangu-
 nem labijs, brachijsque liuore compressio-
 num decolorandis expugnabat: sic pertina-
 cissimo naturæ vitio superato, vigiliâ se atten-
 tioneque assuefecit; eodemque remedio plu-
 ribus eodem malo laborantibus medicinam
 fecit. E meridiana congressionis colloquio
 aiebat se novos spiritus colligere in reliquum
 spatium diei; vespertinâ autem colloquutione
 adiuuari ad instituendam ardentius medita-
 tionem, communionemque diei sequentis:
 quare videri sibi diuinitus instinctos fuisse
 Patres, qui sextis Comitij Generalibus, ho-
 ræ illius geminæ remissionem, non leuibus

*Ratio di-
 scēda tem-
 perantia.*

*De somno-
 lentia triū-
 phat.*

*Fructus
 colloquij
 post pran-
 dium et
 cenam.*

C ratio-

rationum machinis oppugnata, constanter retinendam censuissent, quando tantos ex eâ fructus existere sentiatur.

*Chinas ad-
ire optat.*

Multus erat in memorandis missionibus nostrorum ad Japonem & Chinas; earumque postremam expetere ipse se ostendebat, ac si quæ inde de religione noua adferebantur, primus sodalibus indicare, ad eorum consolationem, festinabat. Tyrocini tempore, etsi perpetuis officio sui occupationibus impeditissimus, linguam tamen Gallicam (cuius antè ignarissimus fuerat) ita didicit diligenter, ut in triclinio sæpius Gallicè sit concionatus. Quam linguam didicisse se narrabat, ut

*Vt pluribus
ad salutem
profr. Gal-
licam lin-
guam discir.*

obeundis Societatis muneribus magis esset idoneus, & ne vel vnus animæ damno esset imperitia illius linguæ, quæ adeò familiaris est Flandriæ vniuersæ. Semel tantâ animi

*Contentio
in concio-
nando.*

contentione ardoreque de B. Aloysij laudibus è suggestu dixit, ut vereretur Superior, ne valetudinem dicendi impetu debilitaret. Ru-

*Catechismi
explicandi
gratia sin-
gularis.*

sticis Catechismum eâ gratiâ explicabat, adeoque suauiter ab agresti vitâ ad humanitatis religionisque cultum reducebat, ut illum mallent quàm Concionatorem audire: cumque aliquando agrestium filios docuisset preces Rosario adnumerare, & id genus coronulas pauculas inter vernulas rusticos distribuisset, post horas aliquot domum reuerfus,